



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXXIX [i. e. XC]. Quanta opus contritione ad remissionem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

cit, sicut & Votum Sacramenti.

A D II. Vbi charitas, ibi & iustitia est, abest peccatum: sed ea prælupponit Contritionem.

Q V A E S T I O X C.

Quanta opus Contritione ad remissionem?

V THERANI, vt Kemnitius p. 2. Exam. pag. 964. Impossibilis est sufficientia & perfectio contritionis: Et eius persuasio facit vel Phariseos, vel desperabundos. Conscientia enim nunquam certa de sufficientia semper dubia manet de remissione. Item CALVINUS Inst. l.3. c. 4. §. 2. Conscientia miris modis torquentur, dum fibi debitam peccatorum contritionem imponi vident, nec asequuntur Debiti Mensuram. Et § 3. Ostendat unum, qui buiusmodi Contritionis doctrina vel non sit ad desperationem adductus: vel simulationem doloris iudicio Dei posuerit.

A V T O R. I. Luther. Calviniſtæ sua doctrina pœnitentiali fideles adiungunt ad desperationem. 1. Quia ad remissionem requirunt acrem, veram, ſeriā Contritionem: Atqui hæc debet esse extoto corde perfecta: iuxta Deut. 4. Inuenies Dominum, si ex toto corde quæſieris eum, & tota tribulatione anima. Deut. 30. Rursus: At talem, (sicut & Dilectionem) afferūt aduersarii esse impossibilem in hac vita. Ergo necessariò impossibilis est remissio peccatorum: quæ est Desperationis doctrina.

Mentitur itaque Calvinus à nobis requiri parem iræ Dei; quæ, vt infinita, est homini impossibilis. At S. Scriptura nil impossibile exigit: exigit autem, Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et sic conuertos aliquos testatur: 4 Reg. 23.

Similis illi non fuit Rex, qui reuenteretur ad Dominū in omni corde suo. Item & conuentendos: Ierem. 24. Ego ero illis in Deum, qui reuertentur ad me in toto corde suo.

II. Dolor de peccatis debet esse summus Appretiatuè: scilic. in appetitu Rationali, quo Voluntas summè detestatur peccatum. 2. Non autem Intensiue, scilic. in appetitu Sensitivo; in quo moralis possiblitas sufficit. Quia hoc est conuerti toto corde; licet alii magis, alii minus habeant sensum doloris: at Voluntatem habere oportet omnes. 3. Neque certum gradum doloris Scriptura requirit: Nam ea præcipit nobis cognitu, factuque humanitus possibilia; at de gradu nil docet. 4. Neque opus ut tot sint actus contritionis, quot sunt peccata; et si perutile foret. Quia Pœnitentia esse momentanea potest. Isa. 30. Cum reuersus fueris; saluus eris.

Q V A E S T I O X C I.

Contritio an sit Causa Remissionis, id que etiam tantum Voto Sacramenti?

V THERVS in Assert. art. 12. Volo contritionem: sed dico eam non operari iustificacionem aut remissionem peccatorum: Fides enim in Verbum Dei iustificat & purgat. Sic & CALVINVS Inst. l.3. c. 4. §. 3. Kemnitius. &c. Quin hic etiam pertendit, Contritionem nec cum voto Sacramenti operati remissionem ante Absolutionem.

S V A D E N T istis. 1. Charitas præcedens Contritionem causat remissionem: Luc. 7. Remittunt urei, quia dilexit scilic. antè, non iam diligit. &c. Plura Bell. l.2. c. 14.

A V T O R. I. Contritio verè est causa remissionis. Sic omnis Theologia;

V V 3 &

